

Conticuerunt omnes e Tempus erat quo prima quies

due versioni dall'Eneide per un quarto anno del liceo linguistico

1. Il cavallo di Troia

Conticuerunt omnes intentique ora tenebant. Inde ab alto toro pater Aeneas sic orsus: "Infandum, regina, iubes renovare dolorem, quaeque ipse miserrima vidi et quorum magna pars fui. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros et breviter Troiae supremum audire laborem, quamquam animus meminisse horret luctuque refugit, incipiam. Fracti bello fatisque repulsi ductores Danaum, tot iam labentibus annis, instar montis equum divina Palladis arte aedificant: votum pro reditum simulant, ea fama vagatur. Huc delecta corpora virum furtim includunt caeco lateri penitusque cavernas ingentes militibus armatis complent.

virgilio

2. Ettore appare in sogno a Enea

Tempus erat quo prima quies mortalibus aegris incipit. Tum in somnio ecce ante oculos maestissimus Hector visus est adesse mihi. Ei mihi, qualis erat! Quantum mutatus ab illo Hectore, qui Troiam redierat armis Achillis indutus! Ipse videbar ita compellare virum: "O lux Troiae, o spes fidissima Teucrum, quibus ab oris, Hector, venis?". Ille de hoc nihil respondit, sed, graves gemitus de pectore ducens, hortatus est: "Heu fuge, teque de his flammis eripe! Hostes habent muros, ruit Troia, quae tibi sacra suosque Penates commendat; hos, Aenea, cape fatorum comites".